

10
De Motu & Motore

THEOREMA
TA EX VNIVERSA
PHILOSOPHIA DELIBATA
AD SVPREMAM PHILOSOPHICI
DOCTORATVS CAPESSEN-
dam lauream in alma Græcensi
Academia disputanda
proponit

Eruditus Artium liberalium & Philos: Baccalaureus.

Georgius Düerr Bauarus.

PRÆSIDE

R. P. GVILIELMO LA-
MORMAINI E SOCIETATE IESV,
Philosophia Doctore & Professore.

Disputabuntur in aula Academica Vniuersi-
tatis Græcensis, mense Iulio, die
horis



GRÆCII STYRIÆ,
Ex Officina Typographica Georgij Widmanstadij.

Anno M. DC. IIII.

No
Bibl.
Acad.
Land.



SERENISSI-
MO PRINCIPI, AL-
BERTO, COMITI PALATINO
RHENI, DVCI VTRIVSQUE BAVA-
RIÆ, &c. DOMINO SVO LON-
gè clementissimo

*Felicitatem perpetuam, & gloriam
immortalem.*

QVas ex Philosophica
palæstra reportavi manubi-
as, ALBERTE Princeps Se-
renissime, eas vt tibi pignus
obseruantia in te mea dica-
rem, tum magna sororis tuæ ARCHIDUCIS
AVSTRIÆ in me collata munera, tum infi-
gnis gloria nominis tui, & magnitudo impu-
lērunt. Quis enim est, qui cūm BAVARIÆ
DVCEM audit, magnifica, summa, ac penè
diuina animo suo non concipiat? BAVA-
RIÆ Principum ea semper fuit, & verò eti-
am hodie est nominis amplitudo, dignitas
& maiestas, vt & Germaniæ, ac ipsius Roma-

ni imperij ornamentum, & religionis Catho-
licæ difficillimis temporibus fulcrum ac pro-
pugnaculum extiterint & existant. Quis fa-
miliæ originem repetat? quis progressum ex-
plicit? Faceſſat tamen peregrina eorum Hi-
ſtoricorum narratio, qui eam à Iaphet nimi-
ùm ambitioſè volunt deriuari. Sed minimè
vana eſt BOIOARIÆ iactatio à duobus anno-
rum millibus Regum Principumque ſuorum
familiam celebrantis. Regia erat, potens e-
rat, bellatrix erat. Longè ante Caroli Magni
tempora, idolorum cultui dedita regio faſtu
præfulgens, potioremque Germaniæ portio-
nem dominatu obrinès, cum Francorum Re-
gibus magnitudine nominis decertabat. No-
tiſſimum illud familiam hanc illuſtriſſimam
& Auſtrasiæ Reges, & Romano Imperio Cæ-
ſares Auguſtos procreaſſe. Nunc verò quos
non ſibi Reges, quos non Monarchas & Im-
peratores coniunctione ſanguinis copulauit?
Annon prætergreſſa Germaniæ limites ali-
quando in Bohemiam, Hungariam, Poloni-
am, Galliam ſuos ſœlici germine ramos pro-
pagauit? Si quoque pacis laudandum ſtudi-
um, quis BAVARIÆ Principibus ſtudioſior
pacis vnquam extitit? AVSTRIACÆ fami-
liæ ſemper fuère coniunctiſſimi, ac à trecentis
coq;

coque amplius annis LVDOVICVM SE-
VERVM, qui MECHTILDEM RVDOL-
PHI I. Imperatoris filiam vxorem accepe-
rat, exemplum sequuti mutuo vtrinquè con-
iugio velut neruis quibusdam colligatam a-
micitiā aluērunt. Certè idem ille RVDOL-
PHVS Comes Habsburgicus, qui primus in
suam familiam Imperatorias fasces inuexit,
in illo bellorum ciuiliū tumultu vnus LV-
DOVICI SEVERI BAVARIÆ Ducis
authoritate & caleulo, Imperiali Diademate
fuit insignitus; ipsius adiutus copijs OTTO-
CARVM Bohemiæ Regem Austriam & has
ipsas prouincias, post iniquam FRIDERI-
CI in Apulia necem, tyrannide opprimen-
tem ad internecionem vsque deleuit. Sed
missis his, Religionem perscrutemur. Occur-
rit in primis monasteriorum à Ducibus BA-
VARIÆ munificentissimè erectorum insignis
multitudo, quæ neque redituum amplitudi-
ne, nec ædificiorum magnificentia vllis ce-
dunt, præstant ferè vniuersis. Occurrunt E-
piscoporum erectæ cathedræ, BAMBER-
GENSIS, FRISINGENSIS, LAVREA-
CENSIS, RATISBONENSIS, & aliæ,
quas Ducum BAVARIÆ instituit Religio.
Intuemur SALISBURGENSIS Principa-

tus maiestatem, prædicamus opes, iactamus
potentiam; At vt hic D E O ipsi Opt. Max. in
Archiepiscopium cederet, effecit Ducum
B A V A R I Æ munificentia. Gaudemus, atq;
non Ecclesiæ modò, sed vniuersæ Reipubli-
cæ Christianæ gratulamur, C O L O N I A M
Principis Electoris Archiepiscopalem sedem
ab hæresi liberatam, foelicitati restitutam,
splendore religionis illustratam; liberauit, re-
stituit, illustrauit hanc Principum B A V A -
R I Æ industria. Denique, vt multa paucis
complectar, ipse splendor Ecclesiæ, ipsa Re-
ligionis maiestas, ipsa totius Reipubl. Chri-
stianæ venustas, se, si non totam, at magnâ
ex parte Ducibus B A V A R I Æ deberi at-
testatur. Ex his Reges Prouincijs, ex his Au-
gusti Romano Imperio, ex his Cardinales ac
Præsules Ecclesijs extiterunt. Quid mul-
tis? Viuit Princeps G V I L I E L M V S Prens
tuus Religionis studiosissimus, Viuunt Præ-
sules inclyti E R N E S T V S Patruus tuus, &
Frater tuus F E R D I N A N D V S, Viuit M A -
X I M I L I A N V S Frater ibidem tuus, Prin-
ceps Vellere aureo insignis, quorum immor-
talibus in Ecclesiam & Rempublicam pro-
meritis nomen debetur immortale. Excla-
marem, si fas esset, P R I N C E P S Sereniss:
O Re-

O Religionem, ô Ecclesiam, ô Rempubli-
cam Christianam tantorum Principum glo-
ria fœlicissimam ! O verè Romani Imperij
ornamenta ! per quæ non Religionis dunta-
xat antiquus splendor conseruatur, sed sem-
per nouus ac nouus cumulatur, O solida
Christiani orbis propugnacula ! quorum
præsidio, & conatus barbarorum reprimun-
tur, & seruarum gentium populi in liberta-
tem adiciuntur, & florentissima regna ab
immani infidelium rabie propugnantur. Cæ-
terùm vt eò tandem, vnde digressa est, re-
uertatur oratio, tibi, Auguste PRINCEPS,
primitias hæc meas cupio consecratas. Te-
stentur cæ fidelis tibi subditi animum : Te-
stentur memoriam gratam beneficijs Sere-
nissimæ MARIÆ ANNÆ Archiducis, So-
roris tuæ debitam : Testentur omnium
FERDINANDI Archiducis subditorum,
penè incredibilem de nuperrimo Parentis
tui GVILIELMI conspectu, dequæ tua
præsenti Serenitate, lætitiâ : Testentur
Archiducalis Collegij, Græcensis Acade-
miæ, Societatis IESV vniuersæ aduersum
te obseruantiam. Accipe igitur serenus
sereno vultu. Quod cum feceris, & AL-
BERTI Aui, & GVILIELMI Parentis
tui

tui in literas perpetuis monimentis config-
natum studium egregia laude imitabere. DE-
v s Serenitatem T v a m Reipublicæ Chri-
stianæ quàm diutissimè conseruet incolumè.
Græcij ex Vniuersitate Archiducali, XVII.
Calend. Iulij, Anno M. DC. IV.

Eternùm deuotus cliens

Georgius Düerr.

THEO-

THEOREMATA PHI- LOSOPHICA.

De Mobili.

I.



Obilissima corporis naturalis passio non immerito & à nobis, & à communi omnium Philosophorum sententia MOTVS assignatur; ut qui & naturam ipsam, qua est illius principium, demonstrat, & illius vigorem in sua pulchritudine ac fecunditate tuetur ac conseruat. Porro cum & ipsi sensus & valido rationum robore confirmata experientia eum esse attestentur: nemo Physicorum eò deuenit amentia, ut eum à corporibus tolleret penitus ac refecaret.

II.

DEO Opt. Max. excepto (quem & fides & ipsa ratio docet esse prorsus immobilem) omni substantia à virtute intrinseca, vel à motore extrinseco moueri conuenit. Verùm caue ne dixeris omnibus substantijs eosdem motus conuenire. Cœli enim locali duntaxat feruntur, cum cetera omnes substantia alterari possint. quadam vero etiam augeantur. Qui intelligentijs creatis ac anima rationali separata motus conueniunt, immateriales sunt & minime Physici.

III.

Punctos vndequaque, lineas gemina, superficies v-nica ratione impartibiles ac indiuisibiles, vna cum eo, cui actû insunt mobili diuisibili, actû moueri, & nobis & A-

B

risto-

ristoteli certum est. Unde quoque inferre licet indiuisibile virtute superiore à diuisibili separatum (si tamen separari potest) quantum in se est, moueri etiam posse.

De Motore.

IIII.

Mouenti & efficienti causa eadem videtur ratio, eademq; definitio conuenire. Est enim illud ipsum, unde primum mutationis & quietis principium. Porro sicut ad rationem causa efficientis requiritur, ut vel natura prius agens ipsum ante effectum suum praeexistat, ita nec vlla res moueri motu aliquo potest non existente illius motus causa productiua, puta motore.

V.

Principium motus & quietis, in quo est primò per se, & non per accidens, Naturam definiuit Philosophus. Quae natura ratio cum materia & forma conueniat: principium utrique motus conuenire est necesse. Quare materia, primum subiectum vniuscuiusque, ex quo fit aliquid, cum insit, non secundum accidens, & in quod abit ultimo quod corrumpitur, est motus duntaxat passiuum principium, idem omnino specie caelorum omnium & corporum ceterorum, quae luna ambitu continentur.

VI.

Habet materia & entitatem, & existentiam propriam, adeoq; ab existentia & entitate formae distinctam, ut virtute supernaturali ac diuina spoliata materiam tam

am tam substantiali, quàm accidentali (si ubi excipias) reperire nihil repugnet. Creati est ab ipso mundi exordio, ut cum forma, ad quam habet potentiam receptivam, unita compositum naturale constituat. Ignota nobis maneret, nisi cognitionem ipsius accidentia & rerum mutationes ingenerarent.

VII.

Ut agens passio, ita forma, actuum motus, materia, passio eiusdem principio prestat. Potest verò una numero forma omnium motuum unius compositi esse principium, ut ideo plures distinctas specie formas, corporeitatis exempli gratia, vel partiales alias confingere non sit opus. Porro quem differentia in composito Metaphysico obtinet locum, eundem forma in composito Physico sibi vendicat. Est enim actus substantialis corporis Physici aptus cum materia completam constituere substantiam.

VIII.

Motorem à mobili distingui commune clamat axioma, non quòd supposito motor ab ipso mobili distinguatur (in plerisque enim motori & mobili idem cedit suppositum) sed quod principium à subiecto motus distingui dicatur, si mobile in statu suo naturali, motum quoque pure naturalem, non etiam immaterialem aut vitalem consideres.

De Motu ipso eiusq; passione
ac diuisione.

IX.

Descripsit Philosophus motum, prout eius ratio omnibus ex aquo inferioribus convenit, a-

Etum entis in potentia, ut est in potentia. Hanc rationem motus ab omni mutatione positiua, siue illa in instanti perficiatur, siue partibus sibi succedentibus constet, ex aequo existimamus participari. Dicimus quoque, successiorem non esse differentiam essentialem, qua mutationem momentaneam a motu successino distinguat & separet.

X.

Ceterum distingui ex natura rei semper à mobili motum, & fere etiam a termino, certum est, non item ab actione & passione, à qua vel solo nomine, vel sola differt ratione. Si tamen motus nomine etiam subiectum, quod sub priuatione praextiterit, comprehendas, actioni procul dubio reale aliquid superaddit.

XI.

Licet plerunque terminus, à quo soluit motus, sit positivus, ei, ad quem tendit ac terminatur, contrarius aut impossibilis, per se tamen id minimè est necessarium. Motus successini terminus ac finis quandoque est substantia, aliàs qualitas, quantitas, ubi. A terminorum essentiali diuersitate essentialis ipsorum motuum unitas vel diuersitas, contrarietas à contrarietate propria (Philosophus enim crebrò eos omnes motus vocat contrarios, quorum termini sunt impossibiles) solum & adequate desumi solet ac debet. Ad numericam verò motus unitatem, mobilis, motoris, termini ad quem unitas numerica, & temporis eiusdem continuitas postulatur.

XII.

Veram rationem motus communiter sumpti participant ha quatuor species, generatio, augmentatio, alteratio & latio. Metaphoricè verò discursus, tertia intellectus operatio, dicitur motus, quòd sit intellectus tendentia ex una notitia in aliam. Huius nobilissima species est ipsa demon-

demonstratio, quam, ut scientiam pariat, & à priori demonstraret, præmissis primis, veris, immediatis, necessarijs, causis conclusionis constare necesse est.

XIII.

Tempus passio motus re idem est cum motu, Aristoteli³ dicitur numerus motus secundum prius & posterius. Porro tempus ut & res successiva, quarum est duratio, realem entitatem habet ac existentiam non solum secundum instantia, quibus determinata partes temporis continuantur & definiuntur, sed & fluxu successivo secundum diuisibiles partes. Caterum nullum tempus ex natura sua aliarum durationum successivarum proxima est mensura, esse tamen potest intellectu id instituyente, ad quam duratio motus cœlestis, maximè primi mobilis, ex se ceteris aptior est, inepta prorsus permanens quacung³.

XIII

Permanens duratio dicitur, qua tota simul persue- rat, natura sua absque partium successione. Tali durant res omnes permanentes; incorruptibiles quidem ano, quod est duratio natura sua immutabilis ac necessaria, creata tamen & dependens; corruptibiles, duratione, qua modus ani ac instans permanens appellari consuevit. Uniuersè & permanens & successiva duratio in creatis sola ratione distinguitur tum à re, qua durat, tum ab existentia eiusdem.

XV.

Duratio rerum permanentium quoad propriam denominationem incipit extrinsecè, forma tamen substantialis, sicut qualibet res alia persistens ordine nature consueto esse incipit intrinsecè, desinit extrinsecè. Actiones quoque instantanea, ut & indiuisibilia rerum oriuntur ac intereunt intrinsecè. Nulla tamen est res permanens, qua diuina virtute & incipere & desinere nequeat in tempore.

Motus successiuus, & quæ cum eo oriuntur & occidunt,
si ordinarium naturæ circum spectes, incipiunt desinuntq;
ext. in sece.

XVI.

Actio, quam vel nihil vel Ratio sola distinguit à
motu, est actus seu exercitium virtutis actiue communi-
cantis alicui esse. Hæc ab efficiente semper, à termino, qui
actioni cuiuslibet respondere debet, plerumque ex natura rei
distinguitur, passio sola ratione ab actione, sed amplius dif-
fert a patiente. Licet verò non omnis actio transiens sub-
iectum inhaesionis exigat, ut in creatione liquet: quæcumq;
tamen, id postulat, ea in passo, nulla in agente recipitur.
Essentialem actionum diuersitatem vel unitatem nec ab a-
gentibus, nec à modis, si naturales sint, sed ex essentiali ter-
minorum diuersitate vel identitate sufficienter dime-
timur.

XVII.

Rebus creatis virtutem actiuam concessam esse, vel
ex eo patet, quod accidens per actionem emanationi con-
tradistinctam produci solitum, ab accidente principaliter,
quod verò per emanationem (quæ est vera actio Physica)
fit, ab ipsa substantia sæpenumero producat; quemad-
modum etiam substantia non nisi ab alia substantia vel
uniuoca vel equiuoca, & hæc vel creata vel increata, ut
ab agente principali, efficitur, licet eandem accidens, ut
instrumentum, possit attingere. Ex accidentibus sola qua-
litates primæ, secundæ ac tertiæ speciei, neque omnes hæ,
proprie sunt actiue. Harum quedam ut calor, frigus, &c.
virtute propria absque substantia concursu, ut causæ prin-
cipales; Quedam, ut vitales potentia, seu instrumenta so-
lum, actus suos eliciunt; hæ enim ipsi animæ, ut agenti
principali, in agendo subordinantur.

Agen-

XVIII.

Agentia naturalia, ut iuxta naturæ exigentiam, in actum exire possint, actu, modo ac extensione quantitativa existant necesse est. Neque minus ad actionem naturalem requiritur, ut vel passum agenti approximatum sit, vel si in distans agere velit, actionem in proximo inchoet, eamq; per totum medium diffundat vel propria, vel aliarum sibi subordinatarum, vel etiam principalium causarum virtute.

XIX.

Creatio primi agentis actio non est aliquid in DEO, nec relatio creature ad DEVM, sed vera solius DEI actio absoluta, formaliter transiens, termino qui à subiecto independenter ac ex nihilo producitur, coniuncta quidem, non tamen inherens. Hanc de facto dari, & materia prima, & mortis expers anima hominis, & ipsi angeli, quæ aliter, quàm per creationem oriri non poterant, euidenter conuincunt. Actionum quæ creationes sunt, aliquam certum est, probabile omnem ex natura rei à termino distingui.

XX.

Res omnis ut in fieri, sic & in conseruari ab immediato DEI influxu (qui ab actione causæ secunda diuersus non est) dependet. substantia à solo DEO, accidentium quadam à solo DEO, quadam à causis etiam secundis conseruantur. Conseruatio realiter eadem, si causæ ponentur eadem, diuersa dicenda erit, si in causis, quæ conseruant & producent, diuersitas poterit assignari.

De

De Generatione.

XXI.

eneratio, non uniuersim accepta, sed qua fit ab agente Physico nullo interueniente miraculo, Philosopho dicitur mutatio totius in totum nullo manente sensibili, ut subiecto eodem. Generatio omnis essentialiter à creatione distinguitur, & necessario exigit subiectum, in quo recipiatur. Hoc solam materiam primam formam substantiali exutam, accidentalibus solum vestitam dispositionibus esse contendimus. Illius primarius terminus est ipsum substantiale compositum, formalis vel unio sola, vel cum unione forma substantialis, quorum ratione compositum ipsum fieri dicitur ac generari.

XXII.

Mixtio, ab Aristotele miscibilium alteratorum unio dicta, verissima est generatio, à mixti generatione hoc solo discrepans, quòd ut terminum à quo, posituum connotet elementa. Elementum rectè describitur corpus simplex, in quod alia resolvuntur. Huiusmodi quatuor solum esse experientia testatur, ignem, aquam, aërem, terram. Hac & in sese inuicem, & in alia agunt medijs qualitativis primis, calore, frigore, siccitate, humiditate, quae omnes actiuae sunt, maximè verò calor, ad cuius actiuitatem proximè accedit frigus, deinde humiditas, omnibus concedit siccitas. Verum si de formali resistantia agatur, contrarium prorsus euenire dicendum est. Harum qualitatum duas elementum quodlibet in summo, ignis calorem siccitati, aqua frigus humiditati, aër humiditatem calori, terra siccitatem frigori coniunctam postulat.

XXIII.

Et quamvis mixtum ex elementis fieri dicatur, non ideo tamen sequitur elementa secundum formas suas substantiales in eo remanere, quantumvis maneant secundum qualitates certo intensiōis gradu temperatas. His addenda qualitates alia aut ex primis orta, aut alias mixto peculiāres, quas vocant virtuales ac oscultas. Primarum qualitatū temperiem exquisitē temperatam habuisse Parentes primos, Christum Dominum, habitura in patria corpora gloriosa Beatorum, imo de facto mixta complura formis suis maximē congruam habere affirmo. Porro temperamentum ad pondus totī animato nunquam confert natura; mixto inanimato homo; genero, & alicui animati parti tale potest elargiri.

XXIIII.

Nutritio quoque generatio quadam est, qua materia aliti alimentī materia, priorī abiecta forma, re, qua nutritur, suam conferente, coniungitur. A generatione noui suppositi hoc duntaxat differt, quod nutritio viuens supponat, cui terminus nutritionis continuetur. Partialis huius generationis necessitas ex continua natiui caloris in humidum, & omnes viuētis partes actione & partium fluxu desumitur, quas per nutritionem restaurari est necesse. Ex quibus colligitur viuens saltem, quoad materiam & unionem toto nutritionis decursu minimē manere idem numero.

C

De

De Augmentatione.

XXV.



Augmentatio, nutritioni semper coniuncta, actio dici potest, qua alimenti à viuentē intus suscepti digestiꝫ quantitas continuatur cum quantitate viuentis, siue interim quantitas acquisita maior, siue minor, siue equalis illi sit, qua vnā cum partibus substantia defluxit: modo qua acquiri dicitur, vera & noua sit quantitas, neque solum noua producat localis extensio, vt in rarefactione contingit, qua vera augmentatio non est. Hac à nutritione, quam comitatur, realiter & essentialiter distinguitur, & idem de potentia nutriente & augente dici posse probabilis aliqua suadet coniectura.

XXVI.

Viuentia sic augentur, vt tam quoad generationem, quam quoad conseruationem definitos, eosꝫ intrinsecos magnitudinis & paruitatis habeant terminos. Inanimatorum natura per se nullum magnitudinis terminum, nisi forte per accidens defectu loci aut materia, requirit. Paruitatisne terminum non viuentia huiusmodi teneant, incertum est.

XXVII.

Quantitas, augmentationis terminus, Philosopho in concreto dicitur id, quod est diuisibile (per se) in ea, qua insunt, quorum vtrumque vel vnumquodꝫ vnum quiddam & hoc aliquid aptum est esse. Alias quantitatis ratio non minus recte in eo posita dicitur, quod sit extensio partium in ordine ad se, seu, forma quadam accidentaliter res, quibus aduenit, ita afficiens, vt eius ratione illis
conna-

connaturaliter localis debeat^{ur} extensio, quæ quantitatis proprietas est ex natura rei ab ea distincta, ut & ipsa quantitas a re quanta, Materiales qualitates & extensio localis quantitati, quantitas autem ut primo & adæquato inhesionis subiecto, materia prima inhaeret

XXVIII.

Si quantitatem, ab ipsa materia, cuius connaturalis est proprietas, per emanationem profundi, & uniones partium quantitatis ab unionibus partium materia produci asseras, nihil statuis, cui vrgens reclamet Ratio. Ex quo fit, corporibus naturalibus omnibus, cum consent materia, si statu nature suæ debito fruantur, quantitatem, & quæ eam consequuntur, raritatem densitatemue coniunctam esse. Quantitas immediatè in continuam & discretam dissipatur: huius numerus quantitativus, illius membri linea, superficies, corpus realiter & essentialiter inter se discrepantes species numerantur.

XXIX.

In cuiusvis magnitudinis extremitatibus & medio indivisibilia, quæ partes continui determinatas connectant, quæq; vera sint entia realia à se inuicem, & à singulis partibus continui distincta, actu dari fatemur: Præter indivisibilia tamen partes continuo semper divisibiles etiã tribuimus. In quolibet porro continuo etiã finito proportionales inæquales, æquales etiam, sed non uni certa, ac determinata, uni item certa æquales, sed communicantes actu sunt infinita. Partes autem determinatas, æquales uni determinata, non communicantes infinitas, adeoq; quantitatem infinite extensam dari posse virtute diuina (defacto enim nec datur, nec natura viribus dari potest) vix vlla ratio efficaciter ostendit.

XXX.

Quantitatis, quæ proximum est æqualitatis & inæqualitatis radix & fundamentum, passiones Physicæ sunt actualis in ordine ad locum extensio, impenetrabilitas ac figura locum respiciens, quæ cum diuina virtute à quantitate abesse possint, eas ex natura rei à quantitate distingui manifestum euadit. Figuram porro, quæ quantitati ad locum etiam inextensa semper conuenit, idem re cum quantitate esse, est admodum probabile.

De Alteratione.

XXXI.



Alterationem Aristoteles comitem generationis esse vult & 1. Gen. 23. definit motum successiuum ad qualitatem sensibilem mediam vel extremam. Quatuor verò qualitatis velut membra diuidentia recensentur, habitus & dispositio differentijs essentialibus distincta, naturalis potentia & impotentia, passio & patibilis qualitas, forma & figura.

XXXII.

Ex qualitatibus quædam & sola prima & tertia speciei primò & radicaliter in eadem subiecti parte per additionem nouorum eiusdem speciei graduum magis ac magis perficiuntur ac intenduntur. Quod si qualitates hæ naturali sint subiecta ordini, naturaliter certum intentionis gradum sibi determinant, quem aliàs secundum se præcise spectata non expetunt. Quæ obrem quæcunq;
sub

sub DEI virtute continentur, ab eodem in infinitum,
magis ac magis intendi possunt.

XXXIII.

Hanc qualitatum intensiorem concursu principali
quandoque agens naturale per emanationem, si qualitas
illi sit connaturalis, quandoque qualitas virtute activa &
gradibus intensiorem superior efficere potest: nunquam vel
inferior vel aequalis. Eiusdem occasio quandoque est
contraria qualitas obfistens, quo casu qualitas, qua subie-
cto, in quo intenditur, connaturalis est, ab ipsa substantia-
li forma vel partibus, qua qualitatem illam intensam re-
tinuerant, secundum intensiorem gradus perficitur; quali-
tas vero subiecto violenta nec à seipsa, nec à forma sub-
stantiali corporis illius, nec à circumstante contrario, sed
ab agente aliquo tali qualitate intensa praedito, eaq^{ue} occa-
sione ibi inclusio intensiorem sumit.

XXXIII.

Qualitates contrariae in gradu intenso ac perfecto in
eodem subiecto se naturaliter compatiuntur nunquam, si
verò diversis insint subiectis, connaturaliter reactio & re-
passio consequi solet, quoties agens est intra sphaeram acti-
vitat^{is} passi sibi contrarij, & maior est virtus agens passi,
quam resistens eius, quod primò egit ac repati dicitur. Por-
ro sicut nutritio & augmentatio, sic actio qua qualitas pri-
or intenditur, à prima eiusdem productione realiter distin-
cta, fieri potest, quin sepe fit in tempore continuo ac succes-
sivo fluxu.

De Motu locali ac eius

termino.

XXXV.

Actio, secundum Aristotelem prima mutati num, dici potest actio & fluxus successus ad ubi, ut terminum. Est autem ubi in communi modus quidam realis, absolutus, intrinsecus ubicato ab eo tamen distinctus, per quem res formaliter constituuntur alicubi vel definitiue vel circumscriptiue. Locus Aristotelicus & Physicus est superficies extrema corporis ambientis immobilis ideo, quod ea ad motum locati dispereat ac rumpatur.

XXXVI.

Latitudo alia est à medio, alia ad medium seu centrum vniuersi, alia circa medium ut sphaerarum caelestium in orbem. Rursum alia naturalis alia violenta, alia indifferens. Naturalem dico, in quam ex natura sua proprioque ingenio propendet mobile. Violenta Philosopho est cuius principium (actiuum) extrinsecus est nihil ad id conferente (imò resistente) passo. Et, Qui est ab externo motore præter (contra) naturalem impetum eius quod mouetur. Indifferentem appello, quem nec horret Mobile, nec in eum propria fertur natura, cum perfectionem sibi peculiariter congruentem & expetitam. Huiusmodi est & cælorum ab intelligentia assistente & ignis ex raptu in sua sphaera circularis.

XXXVII.

Orbicularis hic Cælorum motus nec ab aeterno durauit, nec aeternum duraturus est, sunt tamen Philosophi graues qui Cælum & cõdi, quod probo, & moueri ab aeterno

aterno potuisse assenerant, quod omnino improbare non audeo. Caloris existentis apud nos peculiaris causa non est astrorum Cælorumq; motus, sed lumen ab ijs emissum, in cuius virtute ut efficiente causa calor continetur. Neque verò Cæli solius luminis beneficio, verum occultis quibusdam virtutibus (influencias vocant) in orbem inferiorem agere eumq; mouere comperiuntur.

XXXVIII.

Ab extrinseco mouentur proiecta, tracta, vecta, pulsa: proiecta quidem immediate ab impetu seu qualitate, quam agens externum impressit mobili. Tractis verò, impulsis, vectis, si nulla interueniat projectio, nullam qualitatem imprimi est necesse, cum immediate ab ipso vehente, trahente, impellente moueri possint.

XXXIX.

Si graue accepto impulsu ab extrinseco per plenum feratur sursum, nec ei occurrat agens, à quo repellatur, quietem in puncto reflexionis dari est necessum: quòd si à corpore obueniente aliò reflectatur, quies talis non est quòd intercedat.

XL.

A medio moueri dicimus lenia, ad medium grania, hac à granitate illa à lenitate sibi inexistente ut proximo principio effectiuo, sic ut generans quod principium est externum dum ea mouentur super esse non sit opus. Fateor, loquendi modus (quo id, quod confert esse conferre & ea, qua ad esse consequuntur, dicere consueuimus) fere obtinuit, ut motus ille generanti tribuatur. Nec est dubium quin commodius hic elementorum, quam progressio aliufue animalium naturalis motus tribui possit generanti.

Grani-

XLI.

Gravitas, per quam terra & aqua immediate deorsum feruntur, posita densitate: leuitas, per quam ignis & air sursum, posita raritate, à forma substantiali, cui connaturales sunt, esse accipiunt; aliàs si connaturales non sint, à primis qualitatibus immediate oriuntur. Vbi elementa naturalem locum fuerint consequuta gravitas & leuitas ad motum ea non sollicitant.

XLII.

Motum vnum continuum alio, & partem vnius alià eiusdè parte velociorem esse experientia teste docemur, cuius velocitatis causa vel ex parte ipsius mouentis, vel ex diuersa mobilis & spacij resistentia exoriri potest. Motum igitur grauiù deorsum in fine velociorem esse ac vegetiorem dicimus, vel quia medium in fine minus resistit, vel quia ipsum graue à gravitate successiue impetum maiorem ac maiorem accipit, sic ut vires acquirat eundo. Dicitur verò motus velocior, qui vel pluribus eodem tempore, vel tot partibus successiuis & continuatis, breuiori tamen tempore acquisitus constat.

XLIII.

Corpus vnum naturaliter oppositis modis ferri & pluribus in locis collocari non nisi virtute diuina potest: quemadmodum etiam sola materia vel forma absq; vnione possunt persistere. Nulla tamen ratione fieri potest, ut vel sola vnio absque extremis permaneant, vel substantiale quid eiusdem numero corporis desinat, quin idem omnibus in locis desinat superesse.

XLIIII.

Quòd si agens aliquod naturale corpori illi vno in spacio approximetur, effectum suum non nisi intra actiuitatis suæ sphaeram producet. Quare ad suauem DEI prouiden-

uidentiam pulchro certoque ordine cuncta gubernantem, attinet providere ne vel eidem corpori diuersis locis opposita applicentur agentia, vel certè ut subiectum idem ad diuersas simul formas recipiendas eleuetur.

XLV.

Vacuum, Aristoteli cum loco idem est subiecto, & dicitur locus, in quo nihil est, ab alijs appellatur superficies intra corpora nunc condita apta ambire corpus, actu tamen non ambiens. Vacuum hoc natura viribus minimè dari, idque entium creatorum naturis inconueniens planè & incommodum accidere, ipse nos rerum natura erudiunt, cum videlicet imminente vacui periculo grauias sursum, leuia deorsum moueri experimur. Nihilominus virtute diuina vacuum intra quauis corpora dari posse minimè dubitandum est.

XLVI.

Ceterum res naturales cum ad vacuum deuotandum contra propriam natura propensionem saepenumero mouentur, motus ille à propria mobilis virtute, qua corpus corpori postulat coniunctum, oritur, sic ut negativa obfistentia, aut vniuersalis illa natura propensio inutilis planè ac fictitia videatur.

XLVII.

Dubium verò nemini esse debet, quin corpus quodlibet in vacuo virtute diuina loco moueri possit, motu nimis successiuo ac in tempore. Imò proprijs viribus corpora hoc casu proprium locum repetitura verisimile videtur, si modò ab alio coniuncto corpore non detineantur: tunc enim nullum corpus loco mouebitur, nisi id, quod contingit, corpus secum rapere sit potens.

XLVIII.

Ut grauias leuiasque, sic & animalia loco moueri

D

com-

comperimus, seu membra diducendi solùm vel constrin-
gendi, seu progrediendi etiam virtute polleant. Hoc tamen
discrimine mouentur animalia, quòd hæc pro arbitrarij
etiam dum statum nature suæ congruentem obtinent, loco
moueantur, illa non, nisi extra statum sibi debitum posita
sint. Ex quo fit, ad motum animalis per se cognoscentem,
ut & appetentem potentiam requiri: quippe cùm anima-
lium motus ad noxia declinanda, commoda prosequenda
ordinetur.

XLIX.

Peculiariter verò in animalibus quibusdā sanguineis
respirationis motus deprehenditur, qui etsi absolute volutari-
us dici possit, animalibus tamen ad vitā tuendam prorsus
est necessarius. Motum hunc cor, pulmones, diaphrag-
ma, arteria venosa, vocalis demum seu aspera arteria ceu
instrumenta efficiunt. Alius item in iisdem animalibus
cordis motus aduertitur: hoc enim nunc dilatationis (dia-
stolen vocant) nunc interposita quiete aliqua constrictio-
nis motu (systolen appellant) moueri experimur: cui mo-
tui alius per omnia similis, & a priori dependens coniungi-
tur, pulsus dici solet, qui in arteria magna eiusq; ramis per
totum corpus diffusis reperitur.

L.

Habet & anima nobilissima hominis pars, nec non
angeli motus suos: loco enim & corpora & se mouere pos-
sunt, idque vel ex puncto spatij quasi describendo lineam,
vel à spatio diuissibili suæ perfectioni & virtuti adequato
ad aliud iidem diuissibile. DEVS, intelligentia increata,
omniumq; rerum primum principium, supremusq; finis,
etiam secundum Aristotelem æternus est, im-
mensus, immutabilis.

ERVDITO.D.ARTIVM AC

PHILOSOPHIÆ BACCALAVREO

GEORGIO DÜERR, *Thesi-*

um propugnatori.

QVas in Aristotelis vicisti sedulus agro
Curas, eximio nunquid odore fragrant?
Quidni fragrant? Perfusa absynthia casto
Sudore ambrosij floris odore fragrant.

F. M. Georgius Falbins Ord:

D. Benedicti, SS. Theologia

Auditor.

Ad eundem.

ERgo stagyraa doctus in arte manes?
Ergo Palladia in praelia sponte ruis?
Ergo acri ingenio celsa per astra volas?
Ergo nec iaculis mens generosa cadit?
Ergo coronabit bella triumphus ouans?
Ergo triumphantem laurea ferta manent?
Ergo tibi tandem vt gratuler inde, decet?
Ergo salutabo. DOCTE MAGISTER AVE.

M. Laurentius Suslyga, Polo-
nnus, SS. Theologia Auditor.

Ei-

Eidem condiscipulo suo.

QVòd Sophus abstrusos valuit penetrare recessus
Naturæ, certè suspiciendus homo est.
Quòd tu eadem claro spectasti lumine mentis,
Non minús es certè suspiciendus homo.
Hoc refert: multis quod lustris ceperat ille,
Hoc tu trino anno: Magnus es ingenio.

*Carolus à Schrottenpach, Li-
ber Baro.*

*Laus DE o Virginiq^{ue} Matri
MARIE.*

